



**Ad invictiss. et sereniss. principem Alexandrum Farnesium
Parmae et Placentiae ducem, aurei velleris equitem,
summumque Belgii prefectum, de rebus ab ipso in Belgio
gestis**

<https://hdl.handle.net/1874/9362>

AD INVICTISS.
ET SERENISS.
PRINCIPEM

ALEXANDRVM
FARNESIVM PARMAE

ET PLACENTIÆ DVCEM,

AVREI VELLERIS EQVITEM,

Summumq; Belgij Prefectum,

de rebus ab ipso in

Belgio gestis.

HVBERTI RVDOLPHI CISTERCIENSIS
ORDINIS PRESBYTERI
Et ABBATIS.

O R A T I O.

Diligite lumen sapientie omnes qui praestis
populis. Sap. 6.



D V A C I,
Ex Officina Ioannis Bogardi,
ANNO D. M. XCI.

Süm. Joh. Lodi.

PHILIPPVS HILSTIVS HASSELENSIS

Reuerendo Abbati Monasterij de Clermaretz Huberto
Rudolpho Domino suo maximè obseruando , in iplius
ad H ustrisimum Parinæ ac Placentiæ Ducem, &c.
πανηγυρικός.

Hæredem superum si te fecisset Olympus,
Cunct' iq; m. in issent æthere dona tibi :
Blanda tuo nunqu. in magis indulgentia diuina
Ingentio p'ures accumulasset opes .

Res H U B E R T E tuae sunt isto nomine digne ,
Qu' in do tibi vbertas vndique tanta fluit .

Orator Latium sic nostras ducis in oras ,
Vt clamor inuidet Tullius ipse tuo .

Liber. et composites oratio si induit artus ,
Dico te Aonijs Vtibus esse parem .

Vnica si magnum prudentia fecit Vlyssem ,
Atque Numam p'letas iunxit honore Ioui :

Ardua cum virtus te munere donet vtroque ,
An geminæ laudis non tibi sternit iter ?

Fælix ingenium , quod non nisi digna cothurno
Concipit . & in ignis que placuere viris .

Ergo quid hereson domitor F A R N E S I V S Heros ,
Belgica qui Regis nomine siena regit ,

Hic legat illustres quæsitos Marte triumphos ,
Fama quibus clari nominis astra petit :

Est animi minus grati , quo maxima summi
Facta ducis sparges docta per ora virum .

Talibus Herorum viget indeleibile nomen
Artibus , & virtus non peritura manet .


AD LECTOREM.

DO ST inuicissimi Ducis
FARNESII à nobis in
Galliam discessum, dum
subinde, amicè Lector,
non modò Belgij nostri
tempora, vt olim, sed totius quoque Chri-
stiani orbis statum accuratiū perpendo;
Et finitimæ, ac non ita pridem florentissi-
mæ Gallie fortunam, quām possum intimè
contueor: tametsi multa occurrunt, quæ
optatum, tantisque dignum viris exitum;
quos ex omni ferè natione conflatos, causæ,
bellique Gallici dignitas sub signis esse vo-
luit, sperare ac expectare vident, vna me
tamen semper in rebus quantumuis dubijs;
FARNESII fortitudo confirmat, cui
quoniam singulari Dei immortalis benefi-
cio expeditissimum patere in Belgio nostro
cursum ad gloriam vidimus, in Gallia;
cui iam in ocium afferendæ, Et ab impuris

A 2 fædis

fœdisque de Religione Regnoquè erroribus
vindicandæ serio incumbit, præclara, nec
non ab omnibus Christiani nominis sensum
aliquem retinentibus, vel desiderata, vel
desiderijs votisque saltem proxima, con-
fœlum iri, dubitare non debemus, prout
in ipsis initijs sperare nobis iussum est, cum
Lutetiam Parisiorum è summo rerum om-
nium discrimine eripi, ipsique per eum ce-
lerrimè subueniri conspeximus. Quod
tam admirabile mihi, adeoq; singulare vis-
detur, ut nullo in argumento fœlicius, iu-
cundius, utilius immorari à scribentibus
in posterum posse iudicem. Quin & ego,
quantumuis & rei familiaris non satis
explicatæ negotijs, & curis studijsque
alijs admodum implicatus sim, notaui ta-
men accurate quæcunque ad me probatis
amicorum testimonijs & litteris perferri
potuerunt, ne eius rei, cuius nostri tempo-
ris Rempublicam fructum maximum ce-
pisse vidimus, & progressu dierum captus
ram

ram esse speramus, posteri nostri voluptate, & cognitione priuentur. Hæc autem scribendi seges dum maturescit indies, consentaneum mihi visum est, more veterum, qui Principibus suis & Imperatoribus panegyricos dixerunt, de rebus à FARNESIO in Belgio gestis, cogitationes meas hac oratione contexere. Quam ea conditione tibi legendam permitto, ut si quid eleuatum abs te, Lector, iudicabitur (quod prius expendi tamen cupio) censoris, si humilius dictum aliquid, quam par sit (quod prorsus agnosco) deprehendetur, & tumultuari operi parcas, & orationem non historiam esse cogitans, benigni interpretis personam induas.



AD INVICTISS.⁴

ET SERENISS.

PRINCIPEM ALEXANDRVM
FARNESIVM PARMAE ET
PLACENTIAE DVCEM, AVREI
Velleris Equitem, Summumq; Belgij Præfctum,
de Rebus ab ipso in Belgio gestis.

HUBERTI RUDOLPHI CISTERCIENSIS
ORDINIS PRESBYTERI
ET ABBATIS.

O R A T I O.



V O D ab immortalis
Dei bonitate precatus
sum, cùm foris multo-
ties, per illud tempus,
quo reipublicæ procel-
lam deuitanti mihi, ab artis focisq;ue
fugiendum fuit, tum domi, postquam
hostilis, seu belli, seu latrociniij furore
compresso, ad pristinæ consuetudinis
vsum redeundi potestas mihi facta est,
vt nefariæ quorundam coniurationis

A 4 restin-

HVB. RVDOLPHI ABB.
restincto incēdio, quod ad Religionis
euerionem excitatum, totius patriæ
exitium portēdere videbatur, aliquod
si non præsentis miseriæ solatium, sal-
tem futuræ quandoque salutis signum
sineret affulgere, id tandem, inuictissi-
mē FARNESI, te Belgium obti-
nente, videor consecutus. Cuius an-
tiquam fœlicitatē quotiescunque cum
eo genere rerum, cum quibus tot an-
nos luctamur, comparo, & ad infœlix
istud publicæ calamitatis initium, quo
deflorere cœpit, cogitationem con-
uerto, occurrit nobilissimæ memoriæ
Illustrissima Princeps Margareta, &
multis alijs summi splendoris, virtu-
tum, laudumq; nominibus, & te filio
imprimis fœlicissima, quæ suis olim
pacis togæque consilijs summopere
nitens, ne dissensionis contagio ulteri-
ius ad Republicæ perniciem, diman-
naret, tunc demum laboris sui fructū
dona-

donatam se esse intelligere potuit, cùm te , quem ante has rerum conuersiones in lucem fœliciter ediderat , idipsum malum , quantumvis temperis , & inueteratae opinionis diuturnitate confirmatum , oportuno vidit , præsentiique consilio tollentem , ac de eius deplorata vetustate nouam tibi , & perpetuam tuis nepotibus gloriam , tanta celeritate comparantem , vt tu vnuis pro populi sibi coniunctissimi salute , diuino consilio , non ad reliquias belli vnius opprimendas , sed ad integrum bellum fœliciter conficiendum , natus & seruatus fuisse videare . Siquidem quæ primis tumultuum téporibus adhibita sunt remedia , funestum ferè semper exitum habuerunt , vel ex natura mali , vel (quemadmodum sæpe accidit) quod quæ intempestiuè applicantur , vt optima sint , & ad subueniendum comparata , officiant ; vel

A 5 quod

HVB. RVDOLPHI ABB.

quòd regantur vniuersa à Deo, qui quodam velut rerum, personarumque delectu habito, in eum modum omnia dirigit, vt vnicuique certas primùm res, deinde honoris ex rebus confectis metas præfiniat. Nam tametsi multa quidem habeamus rei benè gestæ per Illustrissimam matrem testimonia, mentibus nostris, non ad breuis temporis, sed ad sempiternam nominis eius prædicationem, altissimè insculpta: quantumuis præclara fuerint ea, quæ Albanum, Requesenium, Austriacum, & ad componendos motus, & ad restituendam Religionem, à qua plerique defecerant, eamque in pristinam dignitatem cum republica asserendam, suę quemque procurationis cursu, excogitasse, cum eorum maxima laude meminimus, ijs tamen declarandæ virtutis, non perficiendæ rei, data sunt tempora, quam abs te consum-

consummandam, spe non dubia auguramur, quod & prudentiae laude sunt omnia exequata, & quodam impetu felicitatis, quam tibi Deus immortalis natuam & propriam esse voluit, abs te superata, qui plura solus paucis annis absoluisti, quam aut multis pauci, aut multi paucis annis perficere potuissent, per quem tibi ad perennem nominis memoriam iter muniisti, & Belgas omnes ijs nexibus tibi deuinxisti, ut te ne tenui quidem, non modo sermone, sed nec cogitatione, violare possit nemo, qui se prius fœdissimæ ingratitudinis conscientia infectum fateri noluerit, quæ si ex memoriæ incuria orietur, tolerabilis, si ex nouarū rerum studio, reprehensibilis est, & digna, cui non prorsus acriter, sed placida virtutum repetitione tuarum respondeatur. Ea enim semper habita est commodissima ratio coniungendæ cum

HVB. RVDOLPHI ABB.

cum suo Duce multitudinis, si quæ ab ipso honoris, pacis, & ocij commoda acceperit, non nesciat, vel si quid per obliuionem deperierit, aut beneficij cumulo renouetur, vel precedentium commemoratione confirmetur. Quorum alterum prudentiæ est, alterum fortitudinis : alterum à tua virtute expectatur, alterum à me voluntariè suscipitur, vt officij partes tuear, quod multis de causis tibi debitum, & libenter, & fortassis oportunè his temporibus à me redditur. Id autem dum molior, mecum benè actum putauero, si commemoratis capitibus, & propositis tuarum laudum fontibus, modum inuenero, quo ex alto tandem & immenso tuæ virtutis pelago, enatare & emergere possim. In quem ut ingrederer, fluctusque obloquentium contemnerem, qui hac corrupti moris tempestate solito se audaciùs efferunt,

esserunt , fecit cùm candida ingenij
mei in tuam Celsitudinem propensio,
quæ ex meæ salute patriæ tuis studijs
quæsita proueniens , hos mihi spiritus
ab aulæ tuæ luce remotissimo, excita-
uit : tum quòd certò sciam , me nostris
hominibus , atque imprimis Artesiæ,
hoc nomine gratum fore : quæ si te lu-
cem preferēte, è ciuilis incendij flam-
ma, in quam communi magis iudicio,
quàm meditata perfidia incurrerat,
prima exiliit , inuitis auribus eius
Principis laudes excipere non potest,
cui & obedientiam , & operam, haud
segniter haetenus præstiterit , & inpo-
sterum non modò facultates viresque,
sed & sanguinem, vitamque ipsam, si
opus erit, libentissimè & fortissimè est
impensura. Non est enim nostrum
nominisque nostri, dubitare, eum spi-
ritum, quem à Deo accepimus, patriæ
reddere, quę post ea, quę commédatis-
sima

HVB. RVDOLPHI ABB.

sima sunt, carissima, & parentis instar
suauissimæ , iucundissima esse debet :
nec sine magno dedecore , & auorum
nostrorum iniuria , qui per tot anno-
rum curricula, nobis fide, constantia,
officijs in Duces suos & Imperatores,
præluxerunt , hac in re peccari posset :
nec peccatum est , quemadmodum &
in prouincia , & foris , nostrorum ho-
minum res bello gestæ loquuntur , &
tu (quæ tua est præteriorum memo-
ria) probè nōsti , & non inuitus confia-
tebere . In quorum commemora-
tione tametsi amor carissimæ patriæ me
iucundissimè detinet , ad id tamen ,
quod proprium huius actionis est , ve-
nio , id est ad tuas laudes , FARNESI ,
quæ quibus initijs ac fundamentis ex-
citatæ sunt , postquam dixerim , quid
tibi ab unoquoque nostrum , quid à
tota Republica debeatur , facile erit
perspicere .

Bello

Bello graui & periculofo iam multos annos exarserat Belgium , & sanctissimæ Religionis causa , cuius præ cæteris vicinarum Regionum , & Europæ nostræ populis, amantissimos Maiores habuimus , in id discrimen adducta erat, vt eius publicè retinendæ exigua spes bonis omnibus superesset, quod eam viderent sub honestæ specioso, & innatæ quibusuis hominibus libertatis nomine, Hispanique militis profligandi studio, qui in suspicionem vastitatis & cedis omnium venerat , proteri, bellumque eos indies progressus facere, tantumque pietati , quin & probitati detrahere, vt sanum nihil aut integrum diu mansurum putaretur . In singulas enim non dico prouincias, sed ciuitates, pagos, domos ferè, nescio quo fato, vel irrepserant noui tranquilitatis hostes , vel aderant nouis occupati sententijs municipes , quiconiuationis

HVB. RVDOLPHI ABB.

rationis conscientia, tumultus nefariè excitarent. Eorum autem omnium Antistes dicebatur Auriacus, qui ut primis motuum initijs nobilibus, ita post perduellibus seu patriotis, spiritus quotidianis suis, suorumque in Hispanos declamationibus addens, in eos imperitam multitudinem concitabat, ut conflato in ipsos odio, liberius postea ingenij sui libidines expleret, & (quo diadum animo voluebat) primam perfidiam duplici patricidij crimine cumularet, hanc nimis Rem publicam, quam incolument florentemque maxime desiderare debuerat, antiquis Religionis & opum ornamentis spolians, & ab eo suo Domino diuellere tentans, cui si non natura, non summa Dei prouidentia eam continxisset, certe iudicio ipsa se libertissime adiungeret. Tunc autem praeclarius insaniendi occasionem

casionem & tempus arripuit, cùm de-
functo Requesenio, qui Ferdinando
Albano in huius Belgij procuratione
successerat, per Regios Confiliarios &
Equites Respublica (vt fieri solet) ad-
ministraretur. Quorum virtutem,
prudentiam, auctoritatem, vires,
prætentiens viam suis cōsilijs aliquan-
do occlusuras, agit per eos, quos tan-
quam vilia amentiæ suæ mancipia,
pollicitationibus & Religionis noui-
tate demeruerat, vt excitata seditione,
tanquam perduelles, perduellis ipse,
& hostes patriæ, ipse patriæ pestis,
asseruentur. Mirari hoc omnes, & ad
tam insignis improbitatis audaciam
obstupecere. PHILIPPVS interea
Hispaniarum Rex, qui opibúsne an-
clementia maior sit, non facile dictu
est, suorum sortis misertus, Hispanos
primū Belgio excedere imperat,
dein Austriacum, Régium verè Impe-
ratorem

B ratorem

H V B . R V D O L P H I A B B .

ratorem mittit , cuius virtus non vna
Europæ laude contenta, alias quoque
orbis partes sui nominis gloria imple-
uerat . In ciuī aguentu , quem non
armis , sed solo rectitudinis & aucto-
ritatis suæ præsidio communiuerat ,
nō refrigeratum modò , sed extinctum
simultatis incendium à plerisque pu-
tabatur . Verūm iste est proditionis
& perfidiæ Genius , vt quamdiu sibi
metuit simulatione se tegat , dum alto
silentio se colligens , misceat in poste-
rum omnia desperatiūs , quemadmo-
dum per eos , qui rebus nouis stude-
bant , tunc temporis accidisse , maxi-
mo cum animi dolore recordamur .
Talia enim , adeoque funesta erant ,
quæ per illos dies , quibus sibi quisque
ferè de restituta quiete gratulari inci-
piebat , Austriaco renunciabantur , vt
sibi diutius Bruxellæ in aula commo-
randum non esse intelligeret . Idcirco

Namur-

Namurcum, tanquam in portum, simulata venatione se recipit, vbi paulo post, designatae ab Hispanis (ut aiebat) vastitatis conscius, & hostis patriæ, proclamatur: &, quod caput est, vocatur Auriacus, qui cum suis illis sicciorum, prædonum, & facinorosorum hominum gregibus, quos partim vetus æsalienum, cui dissoluendo pares non erant, partim Religionis nouitas, partim insignis aliqua improbitas ad Hollandiæ scopulos alliserat, collecto Ordinum exercitu se adiungat. Venit, adest, intromittitur, fit publici particeps consilij, auget exercitum auxiliaribus copijs, & iam propinquior, alendo bello fœlicius (ut sibi videtur) ignes subiicit. Id autem maiore cum decoro facere ut possit, Matthiam Rudolphi Romanorum Imperatoris fratrem compellari curat, tempus adesse dicens, quo quassate iacentique

HVB. RVDOLPHI ABB.

Reipublicæ (sic enim patriæ condoleſ
loquebatur homo omnium piſſimus) ſubueniri oporteret. Sed quæ ipſius
calliditas erat, id vnum laborabat, vt
innocentissimi Principis adolescen-
tia, ad meditata facinora abuteretur,
& eius auctoritate teſtus, cum ſuo il-
lo coniuratorum choro, ex ingenij
natura quod reliquum erat licentiūs
nundinaretur, Regem Catholicum
ingratissimo & indigniſſimo auſu
violaret, bonos diriperet, & omnem
non dico Religionem, ſed & ipſam
quoque pietatis imaginem, quantum
in ſe eſſet, labefactaret, deleteret, euerte-
ret. Sed quid facio? quò feror? quò
me rapit indignatio? quomodo tuis
laudibus operam dans, in iſtius tem-
poris nebulam incidi? Nónne tibi vni
feruit oratio FARNESI? Seruit pla-
nè, ſed vnde tibi laudes educendæ po-
tiuſ ſunt, quām ex iſta Reipublicæ ca-
ligine,

ligine , quam tu tanquam fidus è
celo delapsum depulisti ? In cuius ca-
liginis tenebris dum indies infœlicius
inuoluimus , Ordinum copias cum
exigua militum manu , & iuxta Loua-
nium , & alijs pluribus locis , postremò
apud Gembliacum , te , inuictissime
FARNESI , præeunte adoritur Au-
striacus . quas militari tuaque con-
fuetudine dum tentas , & copiosi exer-
citus , primò leuiter , postmodum
acrius , virtutem periclitaris : soluuntur
ordines , vnde & illud consequendi ,
quod fortassis optare legionum & mi-
litum inæqualite impediebatur Au-
striacus , oblatam sibi occasionem vi-
dens , crescentibus , vt hac in re fieri
solet , suorum animis , factoque impe-
tu maiore , ita rem gerit , vt magna
strage edita , reliquos omnes vel ad
fugam , vel ad ditionem cogeret ,
deditosque Namurcum venire im-

B 3 perat.

HVB. RVDOLPHI ABB.

perat, vbi haud multo pòst, longiorem
vitā victurus, si ad eam producendam
virtus aliquid efficeret, summo Prin-
cipum virorū mœrore, & Christiani
orbis incommodo, diem obit, hoc in
summis solutæ ferè naturæ angustijs
vnum plangens, quod tam ingrata vi-
ce studium operamque suam in hac
Belgij procuratione collocasset, sibiq;
emigrandum antè præsentiret, quām
sedatis motibus & adunatis in vnam
concordiam prouincijs, in pristinum
splendorem, gratiam, quietemque res
Belgicas afferuisset. Id autem factu-
rum se tum Numinis auxilio, tum
armorum fœlicitate & præstantia con-
fidebat. Verùm qui erat Reipubl.
status, quæ temporum vulnerumque
intra cutem recrudescentium condi-
tio, sapientia non armis, consilijs non
terroribus, prudentia magis, quām po-
tētia, sibi mederi & subueniri optabat.

Quod

Quod tu probè colligens ex varijs
Austriaci conatibus, quorum plerosq;
miserè dissipari videras, postquam ad
te orbi (si tamen orbi) militis cura
peruenisset, dum exercitum contines,
in eam totus cogitationem abis, per
quam ad solidæ reconciliationis præ-
uisos abs te fructus, & sanctissimæ pa-
cis otia posset perueniri. Frequens
hac de re, omnium vt dicebas maxi-
ma, cum nobilibus tibi sermo, quibus
seruatæ, sanatæque consilijs patriæ,
quæm armis quæsitæ, honorem tibi
potiorem videri dicebas, vicesq; no-
stras dolens, non obscuris significatio-
nibus hortabâre, vt te auctore agros à
vastitate, ab incendijs templa, à sacri-
legijs aras, à ferro & sanguine muni-
cipia tutaremur, & nobis singuli ab
Auriaci molimine (dum liceret) ea-
ueremus. De deponendæ simultatis
conditionibus multa volitant, inde

B 4 amnestia

HVB. RVDOLPHI ABB.

amnestia plurima quoque circumferuntur, quæ tametsi ab optimo aliâs Rege ac clementissimo, ob violatae auctoritatis recentem iniuriam egrius concedenda videretur, ad eam tamen obtinendam, omnem tuæ gratiæ vim collaturus dicebâre. Vtinam autem quâm non libenter modò, sed & iucundè in horum commemoratione versor, exprimere possim: utinam quo animo & voluntate, hæc tuæ Celsitudinis consilia, non à me tantum, sed à bonis omnibus, & ab hac imprimis Artesia, quæ ad Nassouianæ iugum seruitutis propulsandum, ingenuo dolore iampridem excitabatur, accepta fuisse recordor, ex animi sententia eloqui possum, & quos ingerit aculeos gaudij recordatio, eosdem ministret eloquentia: utinam, inquam, nostros homines, qui prius mœsti, folidati, attoniti rerum & periculorum magni-

magnitudine fuerant, hilares, togatos,
compositos, & omnibus lætitiarum
numeris incedentes, tibiique ad uitæ
sibi incolumitatis fœlicitatē redditum
postliminio aperienti, acclamantes vi-
dere licuisset. Quam dum in vnius
Ecclesiæ, & Regis obedientia, recepto
per tot sæcula more, piè constituent,
fieri non poterit, quin iucundissima
recordatione tui nominis memoriam
frequentent: quæ si in hominum men-
tibus, te etiam superstite, vt est supina
multorum obliuio (ne quid grauius
dicam) vel vita defuncto, aliquando
consernescet, in fastis tamen perpetuò
viuet: &, vt confido, & auguror, suo
ipsa odore se propagatura est virtutis
& prudentiæ tuæ laus, quæ antidoti
instar præsentissimi, serpens vtique
venenum, & ex frequetiore tabescen-
tium numero singulis sese horis atque
adeò momentis attollens, depulit, &

B 5 ita

HVB. RVDOLPHI ABB.

ita depulit, ut vno eodemque tempore & culpa agnosceretur, & venia concederetur, & beneficiorum cumulus caperetur. Etenim quod omnes sibi patriæque optabant, ut quæ in prærita Reipublicæ nocte inconsideratiūs acta fuerant, è memoria chartisque delerentur, & sempiternis non obedientiæ modò, sed veræ etiam, quoad fieri æquum esset, amicitiæ vinculis cum Regem vni remur, tèq; FARNESI haberemus, cui Hispaniarum Rex PHILIPPVS (quo vt augustiūs nihil, & quod ad Diuorum fœlicitatem proprius accedat, ita nec Catholicum quidquam, & sanum magis, Sol intuetur) exulcerati admodum Belgij sui curam daret, id totū ex animi sententia nullo negotio impetramus, & supra quām optare in mentem venerat, subsidijs ad nos tutandos augemur, & innumeris beneficijs, quæ singula notare necessa-

cessarium non est, cumulamur. Quæ omnia & summa, cùm nata & abs te profecta esse compertissimum sit, vt de ceteris prouincijstaceam, affirmare tibi possum, exiguam hanc tenuémq; Artesiam tuę Celsitudini fortunarum vsum, puellarum castitatem, incolumentem filiorum, & quidquid sibi reliquum est cōmodi, referre acceptum. Et quidem ad me quod attinet, non illud solum, quod ad pristinę consuetudinis stationem tuę me victoriæ reduxerunt, tibi gratulor, verū quod eo multò maius est, etiam quod viuo. Quis enim in tam misero & luctuoso Reipublicæ statu, in tanta rerum acerbitate, quantam illius temporis inconditę res & acerbę producebant, se vixisse arbitretur? quis vite nomine dignum tempus illud existimārit, quo scđæ mortis periculis omnia perstrepebant, & non sanctis, vt quondam, legibus,

HVB. RUDOLPHI ABB.

legibus , sed parietum armorūmve
prēsidio defendi innocentiam muni-
riquē oportebat? Ut enim fruges illę,
quæ celi intemperie solique malitia ne-
erumpant prohibentur, vel vt erum-
pant , languidiūs tamen assurgunt,
non viuere, sed perire agricolis dicun-
tur; ita quando non virtute, sed auda-
cia; tumultibus, non sententijs res ge-
ritur , & è Republica dicendae senten-
tiæ libertas profligata est, vt bonis ad-
huc viris fortunæ suæ constent, non
viuere tamen, sed ad singula mori mo-
menta , & decrescere infeliciter se
existimant. Neque enim qui hodie vi-
ri sunt , bonum vtilitate sola metiun-
tur, & honestum ex impudenti Lisan-
dri sententia, vitæ commodis ponde-
rant, sed eam vtilitatem probant, quæ
honestè usurpari possit , & ea sola vitę
commoda appellant, quæ ad id, quod
in omni vita pernecessarium iudica-
tur,

tur , hoc est ad stabiliendam & conser-
uandam æquitatem , potissimum con-
ducunt . Istius autem generis com-
modorum , quantum & tu præ ceteris
amantissimus semper fueris , docent
non tantum initia tuæ procurationis ,
quæ nostra iam oratione delibamus ,
sed quæcunque abs te dicta , facta , & ad
hunc usque diem tentata sunt . In
quibus omnibus nullas angustæ men-
tis fordes , nullum ne tenue quidem
auaritiæ vestigium , quatumuis exactè
inquirentibus deprehendere licebit .
Quando enim vel nouo vel vetere
ullo instituto pecuniaæ coactæ sunt ,
quæ abs te in domesticum ærarium re-
ferrentur ? Tanta , tamque multa , fa-
tcor , sunt , quæ nos socijque ex præce-
dentis parsimoniæ fortunis ministra-
uimus , ut penè nihil sit reliquum ; sed
ea miles , Reipublicæ status , iisque
sumptus , qui à tāto adeoque diuturno
bello

HVB. RVDOLPHI ABB.

bello seiungi non possunt, absorbuere,
non tu, qui omni studio nos nostraque
tueris, & corpore etiam ipso prohibe-
re paratus es, ne per irruptionem ho-
stium, quod abs te sancte ad prouincia-
ialis felicitatis custodiam institu-
tum est, aliquando dissipetur. Hae-
c autem dum scribo, venit in recorda-
tionem magna humanitatis laus, que
Scipioni a veteribus tribuitur, qui
cum multis, iisque preclaris ingenij
naturaeque dotibus instructus esset,
tanta quoque animi ad bene meren-
dum propensione comparatus fuisse
traditur, ut non prius vñquam e foro
domum reuerterit, quam aliquem ex
ijs, quos plurimos obuios habebat,
virtute, officijs, benevolentia prome-
ruisset. Magna profecto laus, & vt
homini propria, ita Imperatorijs vir-
tutibus cognata maximè, & congrua.
Sed quis me etiam tacente non videt,

vt

vt reliquas omnes , sic hanc quoque
vnam, cum ea , qua in multitudinis
gratia demerenda vteris , congregi
nullo modo posse? Ille enim verbis
& commendatione vni hodie , alteri
alijs patronum se p̄ebebat, aut gratia,
qua plurimūm in senatu valebat , ali-
quot simul ciuib⁹ opitulabatur: tu
populos multos , multitudinem ho-
minum prope infinitam , ijs benefi-
cijs , quę summis corporis animique
molestijs constant, egregiè demereris.
Quis enim laborum, quos gregarij in-
star militis spontaneè subis, quis vigi-
liarum , quis tuorum sensus armorum
alius, quam vt egrotæ ruentique Rei-
publicę subuenias , tuisque laboribus
ocium nobis , vigilijs quietem , armis
pacem & tranquillitatem restituas?
Quis tibi Traiecti obsidionem statim
in ipso procriptionis initio suggessit?
An tibi vel exercitui tam commoda
statio

HVB. RVDOLPHI ABB.

statio erat, vt præ ceteris eius expugna-
tionem suscipere necessarium fuerit?
Attamen illud nō in visceribus Belgij,
sed in extremis finibus est situm.
Aut tantæ Regi Catholico ciuitatem
istam curæ esse noueras, propter im-
pedita vectigalia, vt nec sumptibus,
nec operis parcí vellet? At partem
dominij Leodiensis possidet. An ve-
rò dissolutè defensionem tractari, &
ad primam facialis vocē, aut tortmen-
torum verberationem, militum vires
conciluras sciebas? Vtūm docuit
euentus; eos in vnam cum ea causa;
quam tuebantur, sceleris societatem
coaluisse, tuosque impetus, tres & am-
plius menses; cum maximo rerum
omnium suique dispendio, audacissi-
mè sustinent, perficiuntque, vt expu-
gnandi Traiecti per exigua spes super-
esse multis videretur. Tu tamen vt
Belgarum angustijs mederere, quo
rum

rum opes niti negotiatione , & inge-
nium libera comeatu ad exterios de-
lectari noueras ; ad quod Traiectum ,
quod ad Mosæ commodissimi flumi-
nis ripam , & in ipsis Germaniæ fauci-
bus situm sit , aptissimum videbatur ,
nullis neque molestijs , neque periculis
à suscepta expugnationis cogitatione
abduciprius potuisti , quām per vtram-
que ciuitatis partem (nam interiecto
rapidissimo alueo , continentis domi-
nium , vt ferè dixi , variatur) aditus li-
ber ad vicinas regiones pateret . Quo
tuo beneficio , quamuis preclarious nul-
lum optari à nostratibus poterat , ne-
que tu reconciliatis Ordinibus clari-
riora fidei tuæ testimonia dare posses ,
non tamen in his virtus tua substitit ;
sed quod admiratione omni & stupe-
re maius est , ita defixum te in nostri
curam præbuisti , vt tui quodammodo
obliuisci videreris . Ut enim labores à

C me

H V E. R V D O L P H I A B B.

me prætereantur, quos in collocando
militi, & aggeribus obeundis strenuè
impendiſti, & pericula, quibus hæc in
hostium oculis per te curans, te obie-
ciſti, non cōmemorem (iſta enim tibi
in ſingulis obſidionibus tā familiaria
ſunt, vt notiſſima cuique eſſe debeāt)
hoc vnum, quod Traiectensis obſidio-
niſ proprium eſt, luculentiſſimē teſta-
tur. In ea cūm ex continenti militis
caſtrorumque frequentatione, in qui-
bus crudeliter peſtis graſſabatur, vel
ex loci cœlique contagione Epide-
miam contraxiſſes, conſtant, tibique
per omnia ſimilis, ſpe in omnipoten-
tem Deum, Diuosque maxima, viſus
es maiore quām tui curandi, ſubigen-
dæ vrbis, euertendæ h̄ereſeos, ſtabi-
liendæ Religionis rationem habuiffe,
ijs qui caſtrorum incommoda, & loci
mutationem proponebāt, acriter for-
titerque respondēs, quæcunque Prin-
cipibus

tipibus viris contra expectationem ,
sive ab hominibus sive à Deo inferantur , animi firmitate superada esse , nec
ijs in locis , in quibus virtutum orna-
menta quæsieris , vlla incommoda co-
gitari debere . Placuit autem Deo ,
qui plurima tuis consilijs & laboribus
in Belgij gratiam confici volebat , vi-
res tibi & valetudinem reddere . Qua
recuperata , votisque castè & religiosè
persolutis , & negotijs pro statu tem-
porum apud Traiectum constitutis ,
Marchioni Rubachio , tam cataphra-
ctorum , quam leuioris equitum arma-
turæ Præfecto , partem exercitus tra-
dis , vt quam fieri posset oportuno
loco iuxta Cameracum , quid Alençō-
nius moliretur attenderet . Hunc si-
quidem , dimisso , vel , vt verius di-
cam , repudiato Matthia , Auriacus le-
gatione , pollicitationibus , litteris ,
Deus bone quibus ? litteris inquam ,

HVB. RUDOLPHI ABB.
in Machiauelli schola elaboratis, quibus nihil teturum, impium magis, & atrox legisse me memini, aduocarat, ut hac adiunctione erectior tecum FARNESI INVICTISSIME, tutiore certamine contenderet. Postea verò quam apud Cameracum idem Marchio aliquod tempus consedisset, delectum imperas, quo habito, quia tibi multum & patrię per has excubias temporis perire aduertebas, eiusmodi iacturæ tuo more impatiens, expugnandi Tornaci cogitationem, adhibito consilio, suscipis. Quo ut facilius potiri posses, subiit animum, qui in praesidio erant fallere prius, quam vincere. Id autem commodiūs ut fieret, ultra Lysam & Agnionam Artesiae fluuios, & in Flandriam magno prouinciae commido desuentes, copias amandasti. Quod mirantibus omnibus, ijsque præcipue, qui nondum placati,

placati , nec fide Regi reddita , ad futuros casus vrbes muniebant , sibi per nuntios dum renuntiaretur expectantibus , quò tenderet tanta tuæ Celsitudinis & exercitus festinatio , ecce repente orbe non minus prudenter quam celeriter confecto , & ita confecto , ut si Pegasis aliquis vteretur , non velocius iter emetiri posset , præter spem & expectationem Tornacum (Neruiorum Metropolim) venitur . Quod quamvis imparatum non esset , sed cum militum præsidio , tum ciuium multitudine , & plurimarum munitionum copia instructissimum , nihil tamen minus , quam obsidionem , suspicatur : cuius variæ olim , diuturnæque , & frequentis , nec non eleganter tractatæ defensionis titulis , etiam Clodianis temporibus , secundi à Pharamundo Regis , ante visam in Gallia Euangelij lucem , illustre admodum est . Muni-

HVB. RVDOLPHI ABB.

cius tamen , quam alias vñquam , &
castro munitissimo auctum , vnoque
animorum consensu & coniunctione
audax , tuis laboribus studijsque per
decem aut circiter laboriosissime obser-
tionis hebdomadas attritum , tibi se-
dedere cogis , & ciues conditione pa-
rendi meliore , benignè suscipis , vt ita
celeritate consilij explicatis negotijs ,
liberiūs de reliquis componendis aut
subigendis ciuitatibus , cogitate liceret .
Sed quid ciuitates appello , cùm earum
singulæ ciuilibus his bellis , inauditis
artificijs adiutæ , integris prouincijs
aditus habent difficiliores , ijsque sint
accessibus , vt mirandum sit , tanta tam
expeditè abs te confici potuisse . Nec
dubitamus quin maiora pluraque in
sociorum gratiam ad exitum perdu-
xisses , nî tua plerunque consilia Alen-
çonij exercitus , quem non collectijs
modò , sed veteranis & in vtraque mi-
litia

litiā cohortibus auctum , & primaria nobilitate insignem , in Flandriæ , Brabantia , Frisiæ , Geldriæque oras effuderat , retardasset . Attamen non potuit vlla rerū vicissitudine tuæ vi-
ctoriç cursus impediri . Si enim tem-
poribus parendum erat , & quod me-
ditabar , fortuna , vt plerunque fit ,
eluserat , ad nouos tēporum casus no-
uorum consiliorum rationes accom-
modans , quoconque illa vocaret , se-
quebâre , nec vllam prouinciam , ciui-
tatem , aut ferè locum esse patiebaris ,
in quam curæ aliquam & cogitationis
tuæ partem deriuari non curaris .

Quod tunc ab vnoquoque præclarè
intelligi potuit , cùm ea , quibus di-
stringebâre , negotia abijciens , ad pri-
mam Lendini à Gallis in Artesia oc-
cupati significationem , cum exercitus
parte accurristi , & quæ tua est Impera-
toriæ auctoritatis & fœlicitatis vis ,

HVB. RVDOLPHI ABB.

arcem , oppidumque à Gallis diligenter munitum , multoque præsidio septum , vt pote quod sibi ad meditatum opus oportunū esse cognoscerent , deferere inuitos coēgisti , dum postmodum toto Belgio excederet . Quod antequam fieret , tametsi quamdiu saluas res suas tenere potuerunt , multis dolorum integumētis priuatas sui adventus rationes tegerent , eorum tamen mentes miro prudentiē acumine penetrans , visus es & indultum ipsis tempus præsensisse , & patiētia magis , quam signorū collatione , aut manū confertione (quanquā nec illam prorsus defuisse ibo inficias) superādos preuidisse . Habet enim tacita cōfilia virtus , quibus quādō se renouat , in carum rerum , quas caras habet , dispendijs , & iniquioris cōfiliij natura , quod frequenter nemine persequēte cōcidit , & eius vicissitudinis experīētia , quę arduis cōnatibus

natibus comes esse solet , se sustentat :
Id dū facis , & presente semper animo ,
quos longo tēpore stare non posse pre-
uidebas Alençonij conatus , exploras ,
non metuis , ecce Antuerpia , in cuius
fortunas oculos spe & mēre defixerat ,
magna cum strage , & maioribus , non
infidiarū , sed cōmoti populi periculis
profligatur , & (prætereo plurima , ne
cum defunctorum manibus vmbbrisve
inimicitias exercere videar , & Princi-
pum acta infolentiū traducere , à quo
ingenij & orationis inēc pudor semper
abhorrebit) non ita multo pōst , vltimo
in Galliam receptui canit . Cuius receſ-
sum folita equabilitate tu intuēs , altera
eāq; periculoseiore curarum parte rele-
uatus , ad alterā consilia propius admo-
ues , quorum machinis plurimē tibi &
munitissimē cùm arcestū ciuitates pa-
tefiūt , in quibus postmodū nō victorię
modò , sed continentię quoq; & man-

HVB. RVDOLPHI ABB.

fuetudinis tuę trophęa sustulisti. Inter
eas prima fuit Dūquerqua, cuius ciues
tametsi solo se situ p̄æclarè tutatos ar-
bitrarētur, quòd ab vna parte Oceano,
ab alia flumine vadis non obnoxio
protegatur, & supra continētem emi-
neat, te tamen accedente, correpti sta-
tim, & quod ijs euenire solet, quibus
inopinatō graue nonnihil accidit, p̄æ
stupore attoniti, suos illos, quos ab ul-
timo actu desertæ ab Alençonio Bel-
gicæ protectionis neandum abduxerant
oculos, ad te in pristinam scenam re-
deuntem reflectere coëgisti, vt quos
ingressus sui spectatores, & recessus,
habuerat Alençonius, eos fortitudinis
in facti tam desperati (vt plerique lo-
quebantur) susceptione, prouidentiæ
in matura ac diuturna corum p̄æpa-
ratione, quæ ad gurgitem vtique im-
maniter proruenterem, p̄æcludendum,
fluctusque prohibēdos necessaria fue-
rant,

rant , ac solicitudinis in minutissima-
rum etiam rerum conquisitione , quæ
plurimæ ad ceteras difficultates supe-
randas requirebantur , iudices haberet .
Quibus superatis , & ea virium & fa-
cultatum contentione , quam in eius-
modi adhibere soles , expugnata Dun-
querqua , & ita expugnata , vt non
modo peditatui , sed equitatui quoque
liber per eam partem , quæ tormentis
concussa fuerat , & facilis aditus pate-
ret , Neoportus , Dixmuda , Furnæ ,
VVinociberga , occiduę Flandrię ciui-
tates , Auriacorum fascino gladiato-
rum prius dementatae , auctoritatistuę
viribus , & oblatis conditionibus per-
motæ , se dediderunt . Post aliquot
menses secutę sunt Brugæ , ciuitas cùm
multis ijsque veteribus Principum
priuilegijs aucta , tum operosis ædifi-
cijs , solique natura , clarissima , quæ
tunc demum ad pristinæ pulchritudi-
nis

HVB. RVDOLPHI ABB.

nisi speciem, & uitæ nobilitatis splendorem se reuixisse iudicauit, cum te, Magnanime Princeps, aditu prius tua virtute patefacto, intrantem confisciare, & salutare meruit. Ingressum autem tuum quoniam sibi non honorificum modo, sed etiam salutarem esse intellexit, idemque à socijs vicinisque intelligi concupiuit, festiuis gaudijs, in quæ se totam effundebat, & miris sumptibus, quibus sine tui suique iniuria in nouæ salutis auspicijs parci posse non putabat, est prosecuta. Quid autem Ipras Flandriæ itidem celeberrimum oppidum commemorem, cuius muri quamuis veteribus fossis, nouique generis aggeribus preclarè fulcirentur, & ipsum ab Hertagnio, ciuium si non felicitati, ut minimum tempori addictissimo, defenderetur, cum exiguis copijs dedi tibi & aperiri coegeristi? Quid porro Aldernardum

nardum commemorem, quod tametsi
probrum suæ gentis Auriacus, quibus
potuerat modis confirmasset, com-
munisque prius coniurationis ambu-
stum incendio, cui ignes nefariè sub-
iecerat, totum miserè consumi, quam
FARNESII victorijs, pactisque re-
creari mallet, & ipsum cum munici-
palibus, tum exteris militibus, nouisq;
operibus ad sui defensionem egregiè
se compararet; nihilominus postquam
te sibi imminentem aliquandiu susti-
nuit, re pensiculatiū expēnsa, se tibi
imparem fore præuidens, tantique non
esse Auriacum intelligens, in quo nec
simulacrum quidem ullum tuæ forti-
tudinis vñquam deprehēdi potuit, vt
eius causa fortunarum, siue nomi-
nis, & vrbis incolimitas negligenda
esset, ad paciscendi rationem descen-
dit, & expugnationem certis conditio-
nibus redimit: vt ita quæ optimæ

Matris

HVB. RYDOLPHI ABB.

Matriſ tuę pueritiam fouerat, filij quoque & etatis flore fœlicissimi, & gloriæ fœlicitate florentissimi, triumphis inferuiret. Sed quid de Aloſto, Bouchinio, Meninis, Herentallio, Gauria, Distemio, Lira, Neomago, Zutphania, dicam? Quid de Slufa; que in ſui obſidione acriter vrgentem Valentiniū Grauelingæ Prefectum, rei bellicę peritissimum, & vt rebus gestis, ita iudicij ſemper integritye preſtantem, funetæ pilæ eiaculatione dextro brachio priuauit? Quid de Bruxellensi, Bredana, Mechliniensī, Teneramundana, & alijs compluribus ciuitatibus loquar? Quæ tātum abeft, vt abs te ſuperatę tantillum ornamen- torum amiferint, vt etiam earum obſcuriores multum ſibi lucis & dignitas accessiſſe, que ſplendidę erant, iam tuis victorijs consilijsq; fanatę, ſplendiōres ſe redditas eſſe fateantur.

Vt ręque

Vtreq; autem Religionis , Sacra-
mentorum , ac Ceremoniarum sacra-
rum vſu per te restituto , ac liberiore
reddito , te victore fœlicissimas ſeſe
arbitrantur , ſacrique ocij vſuram à ſeſe
metiplis repetentes , deperdita pietati
tempora ſancta alacritate compēſant ,
liberatisq; è naufragio , quod prēſto
erat , ſimiles , pro eius , qua nunc po-
tiuntur , & illius , quam facta corporis
dissolutione expeſtant , fœlicitatis diſ-
crimine vitato , vora ſtato tempore
nuncupata perſoluunt . Quando au-
tem fine in dicēdi facturus ſim , ſi arces ,
pagos , vicos , plerisque ciuitatibus nec
multitudine nec munitione inferio-
res (vt accurata ſunt Belgarum inge-
nia) commemorare voluero ? Sed
Gandauum penè præterieram , quod
& ciuium multitudine , & opū copia ,
& metropolitanæ titulo ſuperbum , &
infinitis nominibus , quibus ſemper
floruit

HVB. RVDOLPHI ABB.

Horuit nobile, post vnum atque alterum Interpretum hinc inde colloquium, facile placatum est, & se profus tuæ Celsitudini permisit, deuouit, tradidit, ciuesque non iam amplius suis opibus, sed tua mansuetudine & virtute fisi, quod te sibi melius prospecturum, quam seipso non dubitet, sui curam in tuam Celsitudinem transmiserunt. Ut quid enim deditio[n]em ulterius distulerint, qui velint nolint in tuam potestatem redigendi erant? Aut cur sui dominatum diutius tibi inuideant, cui innumeras utilitates cohærere videbant, non illi tantum, quicunque multuum & conscientiae acerbitate fatigati, iam pridem animo se diderant, sed iij quoque, qui vita huius commodis & iucunditatibus cogitationem terminantes, rerum duntaxat caducartum, & fluentium bonorum subsidijs dueebantur? Etenim ex sordidis

præte-

præteritæ coniurationis angustijs in
pristinam se reduci libertatem intelli-
gebant , & duo illa fœlicioris & beatæ
vitæ organa, agriculturam dico & mer-
caturam, per quæ maiori ex parte suus
Reipublicæ concentus & *ἀποστολή* trahi-
tur , quæ præteritis temporibus conti-
cuerant, in posterum non inanem ali-
quem strepitum, sed constantem libe-
rumque florentissimi temporis spiri-
tum resumptura sciebant . Huic enim
patentior cursus conceditur , & ad fo-
ciorum vicinas , & exterorum remo-
tas ciuitates aditus, quo maximè con-
stat, aperitur : illi autem honesti fruga-
lisque laboris usus ita redditur, ut libe-
riores & decuplo maiores arationes
esse possint, ita ut si centum iugis ager
Gandensis araret, nunc cū mille, vexa-
tionis & populationis propulsatio pe-
riculo, arare & metere possit . Magna
sunt hæc, in quibus versatur oratio ,

D déque

HVB. RYDOLPHI ABB.

déque summis rebus dicere me intel-
ligo, clarissime FARNESI, quibus
parem à me orationis vim adferri non
posse, non tā molestè confiteor, quām
doleo pleraque ad illam temporis &
status varietatem, quam meminimus,
pertinētia, hoc loco subjici non posse.
Sunt enim inuito etiam mihi plurima
omittenda, quæ tametsi Celsitudinis
tuæ victorias non parum illustrent, in
orationem tamē venustè non cadunt,
& vt caderent, huic tamen de tuis vir-
tutibus exiguæ prolusioni non satis
conuenirent. Vrbium situs, arcium,
fluiorum, continētis, munitionum,
pactorum, cōditionum, scrupulorum,
in quibus dubitatum sit, narrationes,
ab historico expectandæ sunt, qui &
genus belli, & tempus victoriæ, & mi-
litum numerum, & hostium copias,
& Imperatoris, Præfectorumq[ue] ad
suos orationes, & offendionis causas,
& infi-

& infinita eiusmodi, quæ splendoris plurimum rebus gestis afferunt, ex instituto describit. Quapropter summorum Ducum; & veterum Imperatorum exemplo, quibus te similē preſtas in oculis non tantū Belgij, ad cuius procurationem diuino cōſilio vocatus es, verūm ipsius quoque orbis Christiani, cui toti iucunditatis plurimum & commodi tuę victoriae inuexerunt, cogitandū tibi est, Maxime FARNESI, de ascensendo tuę laudis præcone, qui qualem te, cùm in militiae disciplina, tum in toga geſſeris, accuratè explicet, & ad immortalitatem diserta veritate nominis tui gloriam transferat, vt qui viuunt, quo Numinē ex periculosisſimae flamma discordiæ erepti sunt, recordentur, & nepotibus ad tui memoriā ex impenso abs te patribus beneficio excitatis, tu fructum industriæ virtutisq; tuę in perpetuū consequāre.

D 2 Sed

HVB. RVDOLPHI ABB.

Sed quæ ingenij tui modestia est, te
mihi respondentem video exaudire:
Vnus mihi actionis & laboris scopus
est præstitutus, D E V S , inquam, ter
Maximus, cui si placeo, si vitæ huius
inducias, vt statui, ad nomen eius &
decus promouendum conseruo, fœlici-
tatis affatim & gloriæ rependetur. Et
quamuis appetentem esse glorię, Prin-
cipibus non usque adeò sit indecens,
vt dissimulanda omnino, aut decli-
nanda sit, me tamen eius unius glorię
dele&tuit æmulatio, quæ conscientia
fuscipitur, & castas in animo ingerit
voluptates, quæ vt non erumpant,
te&tæ tamen conscientia, miris modis
hominem afficiunt & oblectant. Est
præterea Rex Hispaniarum Catholi-
cus, cuius Maiestati me totum, curasq;
omnes & labores deuoui, quem vt
publici muneris, quod obeo, aucto-
rem, ita cogitationis & consilij omnis

con-

conscium habeo . Illi , quòd seuerè & religiosè de rebus iudicet , quia me , totumque negotij huius cursum probari scio , non est , quòd anxiè nominis celebritatem aucuper : quam si benefacta non pariunt , nihilo tamen magis perreunt aut decrescunt , cùm nihil vñquā silentio violetur . Verūm thesauri absconditi quis fructus ? Cur posteris tuarum virtutum exemplar inuidias ? Cur filijs hanc quoque gloriæ hæreditatem non transmittas ? Multi vnius victoriæ curam gesserunt , & post decretas sibi peractasq ; in viuis ouationes , etiam vita defuncti triumphos suos scripto ad nepotes traduci curauerunt : tu tam varias ab obliuione , dispersasque & diuisas victorias non vindicabis ? Neque enim harū Regis ditionum finibus claudi tua virtus potuit , sed sancta & ingenua indole gestiens , ad Germanos quoq ; longius

D 3 pro-

HVB. RVDOLPHI ABB.

progressa est. Testatur id Nussia, quæ
tametsi integri olim anni obsidione
ad deditonem fatigari non potuerit,
cum Burgundiorum Dux Carolus
Audax ipsi magnis copijs immineret,
te tamen accedente non vnum men-
sem substitit, sed in tuam potestatem,
cum oblatas sibi conditiones equissi-
mas suo malo negligeret, septimo &
decimo oppugnationis die vi summo-
que Imperio venire coacta est. Idem
loquitur Bonna, quæ recentius tuam
apud nostri nominis hostes auctorita-
tem declarauit, & Principi Chimaio,
generis antiquitate, & ingenij splédo-
re imprimis nobili, Cataphractorum
equitum, datarumq; abs te Legionum
Duci, assiduitatis, consilij, & pericu-
lorum fructum restituit, tuæque virtu-
tis & continentie famam ad se quoque
peruenisse, sua deditione declarauit.
Quo fit, vt non solùm ciuili hoc bello,
sed

sed externis quoque victoriarum trophēis, clarus existas, neç à socijs tātūm, sed ab alienissimis quoque, & extra tuę procurementis terminos viuētibus, tibi fortitudinis & industrię tuę testimoniūm debeatur. Sunt autē omnia, siue h̄ic, siue foris, abs te præclarè, & tanto maiore cum impetu & alacritate perfecta, quanto pluribus implicata molestijs videbantur, quas tu, Reipublicæ fortunam te iam diu exercētem miseras, summo conatu superāsti. Molestię autem eò maiores suisse existimanda sunt, quò grauioribus r̄es nostræ obnoxiae erāt periculis, & in eum locum processerant negotia, vt iteratō (si peccatum esset) peccandi in ijs potestas non fieret. Si enim inclinari aut dissipari exercitum aliquando contigisset, non poterat talis sine maxima temporis, rerū, laboris, & sumptuum iactura instaurari: sin autē in has VValonum.

D 4 prouin-

HVB. RVDOLPHI ABB.

prouincias, quas sibi ad fructum libidinum hostes preſixerant, te tuis rebus diffidente (quod in tantis angustijs excusationem haberet) per eos casus, qui bellum comitantur, hostibus irruptio relicta fuifset, quam, Deus bone, malorum Lernam in totam Rempub. inuexiffent? quām impiè & indignè ad optimi cuiusque ſinum ſicarum cufpides exiliijſſent? quāta malitiæ progresſio, quanta probitati deceſſio contigifſet? Quæ duo dum tacita mētis agitatione volueres, reddebatur cogitationis anceps cōtentio, quæ toto hoc bello te cōfecuta eſt. Si enim extraneum belli genus contemplemur, hinc perduelliū arma, illinc Coloniensis tranſfugæ legiones vrgebant: ſi autem intraneum recordari libet, nōnne in eo multa timēda & prouidenda fuerunt? cùm iam Ordinum copiæ, nūc Auraci gladiatores, modò Aleçonij (vt ferè dictum

dictum est) nobis exercitus immine-
ret . Quæ omnia quamuis cogitatione
distraheret , collecto tamē promouen-
di studio nō oberant , vt ex Antuerpiā
videre licuit (cuius nomē in omnibus
penè oris ex opum & mercaturæ am-
plitudine notum & per celebre est) qua
tu vnu ex disciplina & vsu militari , in
quo iam detritus es , potiri aliquādo te
posse præuidebas , boni omnes opta-
bāt , pauci sperabant , multi nō consen-
tiēte suis votis opinione , ad oppugna-
tionis nomen trepidabant . Est enim
vt splendidissimū non gētis duntaxat
nostræ , sed Europæ totius emporium ,
ita ciuium quoque copia , opum , &
ærariorum magnitudine , & quolibet
munitionum genere instructissimum ,
nec non Anglorum , Danorum , Ger-
manorum , Hollandorum , & omnium
qui ad littus Oceani iacent , traiectio-
nibus commodum maximè , quod in

D 5 Scaldis

Scaldis notissimi fluminis ripa prouidè situm sit, vt ex eo in mare quælibet subsidiorum genera vehi, & à mari vicissim Antuerpiam deportari nullo negotio possint. Quo fit, vt facultatibus florens, tuendæ mercaturæ, qua splendorem cōtineri suum intellexit, locum & leges condiderit, quas postmodum Galli & Angli in sua regna transtulerunt, & vbiuis terrarum mercatoriæ vrbes, à quibus tametsi antiquitate supereretur, vincit tamen omnes loci & stationis cōmoditatem, qua illecti mercatores, Bergis ad Zomā, Brugisq; postpositis, omnes Antuerpiam aduolârunt, quæ iam opulentia præstat omnibus, nec memoratis ciuitatibus, quatenus derelictæ sunt, verūm vt pristinū quis eorum florem recordetur, longissimè præcit. Firmata igitur opibus, quin & nouis operibus cùm effet Antuerpia, tuq; intelligeres Reconciliatorum
angu-

angustias oportunissimi littoris vſu,
locique commoditate iuuandas plurimū , & præterea splendidissimæ
omnium vrbis adiunctionem, ad belli
huius existimationem permultū con-
ducere, Scaldim voraginibus, velocit-
ate, altitudine, latitudine maximum,
eo machinarum genere obstruis , quo
nullū vel ad comeatum impediēdum,
vel ad inimicorum vires exercendas,
vel ad eorū conatus eludendos, aptius
& acutius poterat inueniri, perficisq;
vt quemadmodum olim sub acerbo
Gigantis dominatu, à quo ciuicorum
insignium forma profluxisse dicitur,
quemcūque ad hoc littus fortuna im-
pulisset, improbitatis , & crudelitatis
stigmata referebat: ita qui obstructum
in alueum nocendi voluntate descen-
disset, virtutis tuæ, tuorumq; vigilan-
tiæ & industriae insignia reportaret.
Erat enim eo artificio & acumine
pons.

HVB. RVDOLPHI ABB.

pons elaboratus, & cùm indissolubili-
bus ferri nexibus affabré confirmatus,
tum etiā propugnaculis pulchrè ador-
natus, è quibus non tantùm homines,
vt ex equo Troiano, qui singulis con-
gressibus vnum interimerent, sed tor-
mentorum pilæ prodibant, quarū sin-
gulæ innumeros prosterneré, vt nulla
vi conuelli potuerit. Is frequenter ab
hostibus miris dolis & conatibus téta-
tus, quos irritos semper habuerunt, &
ijs tormentorum structuris appetitus,
quæ sola cogitatione usurpatæ horrorē
incutiunt, quorumque similia nulla
profert antiquitas, tantum temporis
subsistere iussus abs te est, quantum ad
ciues in veteris Imperij benevolentiam
traducendos necessarium fuit, & illi,
quam de fortunis & salute habebat so-
licitudini tollendæ oportunum. Qua
solicitudine per Richardotum omni-
bus virtutis ingenijque ornamentiſ
prædi-

præditum, & publico bono (vt semper iudicauimus) ad nostri temporis negotia natum, aliosque summos viros Interpretates tuos absterrsa, qui quæ in mandatis in tua Celsitudine habebât, summa fide enunciârunt, tunc demùm non sine iacturę modo, sed & turpisissimæ perfidię periculo, deditioñem difserri à se non posse viderunt, cùm per tuos admoniti, tuęque métis certiores facti, te idem quærere, quod optabant, intellexerunt, vt nimirum Regi fide iureiurando renouata, & ciuitati sua iura manerent, & S. P. Q. A. omnibus condonatis, in ea, cui assueuerant, commeatus libertate, per te versari liceret. Quod abs te cumulatè adeò postea præstitum est, vt iam difficile dictu sit, virtutē exercitus, ingenijq; tui, an plus obfessi timuerint, quam vieti mansuetudinem & prudētiā dilexerint. Ita & eius gloriæ amplitudine,

quæ

HVB. RVDOLPHI ABB.

quæ in umbra paratur, & eius, quæ ad
multitudinis salutem nō tam ex discri-
mine nascitur, quām ostendit, orna-
tissimus es FARNESI. Accessit au-
tem ad cumulum honoris Aurei Vel-
leris torquis, quam multis iam tempo-
ribus Burgundiorum Duces, & rerum
bene gestarum præmium, & gerenda-
rum incitamentū eò illustrius esse vo-
luerūt, quò nōn, vt pleraque nobilita-
tis insignia, vel nataliū fœlicitate, vel
sola Principum benevolentia accedūt,
sed continentis virtutis studio, & per-
petuo famæ commendationisq; teno-
re cōparatur. Quæ æquabilis prorsus;
cūm in ijs altissimè emineat, quæ con-
silio rexisti, integritate tuitus es, virtu-
te perfecisti, primūm eam mentem
Regi Catholico gratulatiur, qua debi-
tum tuæ fortitudini honorem reddi-
dit, tū nobis, qui eitis industriæ, quam
aurei monili cōfirmauit delatio,
fructum

fructum capimus , hoc nomine ab-
blandimur : tum ceterorum sanctissi-
mi huius & splēdidissimi Ordinis so-
ciorū gaudium gaudemus , qui te tan-
tum in Ordinem honoris contulisse,
quantum ab Ordine accepisse intelli-
gentes, sancta se tibi & gloriafa socie-
tate iunctos mirificè delectātur , & ad
virtutem te proximè sequi expetunt :
Ad quam tametsi suopte ingenio , &
præclaræ fortis huius Religione satis
excitentur , te tamen equestris chori
sui ducem sociumq; iam alacriùs sunt
secuturi . Singulari autem factum ego
diuinæ prouidentiæ nūtu arbitrör , vt
quando dignissimo tibi tantum mu-
nus ferebatur , commodissimo illud
tempore & oportuniſſimo loco redde-
retur , ad Scaldim scilicet tibi in con-
firmandis militibus , & propugnaculis
occupatissimo , & ad eam gloriæ spe-
ciem contendenti , quā in ipsa Velleris
institu-

HVB. RVDOLPHI ABB.

Institutione spectasse traditur Dux Burgundiæ Philippus , qui Gedeonis exemplo , sua probatorumque quotundam hominum virtute , quos ex flore militiæ de Dei præcepto delegerat , innumeros Madianitas quondam prosternentis , fortes etiam clasosque viros se eligere dicebat , quorum consilijs & viribus adiutus , infestos sibi suisque populis hostes profligaret . Quos verò vñquam hostes habuit Respublica , quibus Madianitarum gens infesta populo Dei , significantius præluserit , quam isto infœlici tempore , in quo non Israëlitarum agri ad vastitatem tantum , aut cœruiices ad cœdem , & sacra profanaque omnia ad prædam , & direptionem exigeabantur , sed quod acerbius est , animarum exitium & interitus sempiternus sine villa non modò Religione , verùm etiam dissimulatione propo-

proponebatur , & etiámnum multis locis proponitur? O dura , ô acerba , ô iniqua belli conditio , in quo si vincimur , vt plurimum nobiscum concidit & euertitur pietas , quæ vna , quibus adempta sunt fortunarum vi- tæque solatia , perfugio esse solet: si vincimus , quoniam Dei gloria vi- ctorias definisti , subactis corporibus ad aliud belli genus transeundum est , cuius victoria non præclara diei vel horæ vnius dimicatione conficitur , sed continentि cautione , ne quando Regi patriæque corpora lu- crifiunt , animæ , quæ à Deo ortum habent , Deo pereant , & matura cir- cumspectione , quam etiam acutissi- mam plerique huius temporis homi- nes , sensibus spiritum , ratione fidem , officium commodo estimantes , elu- dunt . Attamen beatū te , Inuictissime FARNESI , qui vtrumque victoriæ

E genus

HVB. RUDOLPHI ABB.

genus pari alacritate consequans, perficis, ut si à multis voluntate minus, exhibitione saltem ab omnibus collatur pietas, quam usu quotidiano sensim ita inflammmandam, & ea incrementa sumpturam confidimus, quæ omnes teterimæ huius de Religione dissensionis scintillas opprimant & consumant. Quę enim e quibus sanctisque legibus consepta est Respublica (quales à te plurimæ profectæ sunt) quarum vi, ceu medicorum arte, & contagiones tumultuum præcauentur, & postquam irrepserunt, expelluntur, non potest non inter beatas numerari. Cui cùm opitulatur Princeps, qui pectori, non ære, incisas leges gerens, eas ad Ecclesiæ utilitatem moderatur, cuius se nutrarium (vt cum Propheta loquar) defensoremque esse intelligit, fœlicitate Christiana Rempublicam hanc quis

quis fœlicem florentemque negauerit? Verum si Respublica fœlix, quid Princeps? Nónne & ipse fœlicissimus? Vtique: qui enim res adeò copulatæ disiungi possint? Principum enim virorum, quorum virtute Republicæ salus constat, proprium est, finitimos ciuesque amore sibi deuinire (quæ potissima cius, de qua loquimur, fœlicitatis, quin & præsidij pars est) & à remotis exterisque necessitudines, fidem, clientelam obtinere. In quibus parandis quam fœlix hactenus fueris, quid attinet discere? Superare tamen omnia mihi videtur litterarum ad te à summo Pontifice scriptarum humanitas, in quibus tuæ cùm innocentiae, tum spectatæ hoc in bello virtutis splendidissimum testimonium reddidit, & in benevolentię suique iudicij signum, quos de summorum more

E 2 Pontifi-

H V B. R V D O L P H I A B B.

Pontificum in die natalis Domini ,
sacra & præpotenti benedictione en-
sem & pileum lustrauerat , per vitos
graues sibique amicissimos , offeren-
dos , & tradendos curauit . Quod
munus quamuis mihi , qui sacerdos ,
id est aliquid amplius quam priuatus
sum , quod à supremæ omnium Eccle-
siæ , quin & totius populi Christiani
pastore profectum sit , honorificum
sanè & dignissimum videatur , non
tamen facile , letandum nobis , an
mirandum magis esset , constituere
potui . Attamen ut verum dicam ,
quoties in eam recordationem me
contuli , letitiæ & gratulationis pár-
tes magis , quam admirationis , à me
susceptas fuisse profiteor , quantum-
uis & muneris dignitatem , & tri-
buentis insulam , & amplitudinem
suspicerem . Ut quid enim luctantis
huius & peregrinantis Ecclesiæ Prin-
cipem ,

cipem , acerrimo sacrorum defenso-
ri , nec non in acie & puluere pro
eius auctoritate perpetuo stanti , &
innumeris se periculis obijcienti , gra-
tulari demirer? Est hoc aduersarijs
omnibus proprium , vt quamuis ple-
runque contraria doceant , & in er-
roris sui probationibus à fefe longif-
simè discrepent , Romanum tamen
Pontificem quasi data manu maculis
ignomiñijsque aspergant , sedisque
auctoritatē maledictis & conuitijs
proscindant , & quām possunt insi-
gnibus iniurijs violent . Tu contrà
in ea augenda tempus consumis , &
cogitationem , & quòd ita natus , ita
institutus sis , vt scias vicariæ istius
auctoritatis plenitudinem , & pleni-
tudinis auctoritatem , Diuo Petro à
Principe Pastorum Christo conce-
sam , in Romanos Pontifices legiti-
mo sempiterno traduci , eò operam

E 3 omnem

HVB. RVDOLPHI ABB.

omnem & studium confers, vt idem
ab omnibus intelligatur, & illi, quem
Ecclesiastice monarchiae supremum
caput agnoscimus, & cuius vigilijs,
prudentiæ & potestati, non agnos
modò, sed πρόβατα καὶ προβάτια commis-
sa esse scimus, vt sua constet auctor-
itas, quantum conniti potes adlabo-
ras, nec non vt ad sacrum sanctissimi
Pastoris ouile, quæ per summum
fcelus & amentiam oves effugerunt,
reduci possint, & perpetuò contine-
ri, contendis, ne qui Ecclesiæ ali-
quando agnitæ vestigia retinent, quæ
salua ipsis nunquam non esse possunt,
recognitæ præmijs Ecclesiæ priuen-
tur: quam tanto iure Romanam nun-
cupamus, vt in quascunque oras &
regiones deportetur, eò statim Ro-
mani Pontificis auctoritatem pene-
trare necesse sit. Quando igitur hanc
Christi Rempublicam, cuius visibi-

le caput

le caput summus Pontifex est , & quam noui huius temporis homines suo magis exitio , quam vlo illius periculo perturbare non desinunt , tu indefineti solicitudine studioque tue-
ris , cquum profecto fuit , Principem eius sanctissimum , sanctissime causae patronum honestis præclarisque testi-
monijs illustrare , & iam virtute , for-
tuna , gloria , rebus gestis amplissi-
mum , suæ etiam gloriæ titulis cumu-
lare . In quibus omnibus tam Ro-
mane , quam Regiæ comprobationis
testimonij ita tibi conquiescendum
esse censeo , FARNESI , vt in po-
sterum de honorum fructibus potius ,
quam de ipsis honoribus cogitadum ,
& nominis fama curanda magis ,
quam querenda videatur . Quam qui-
cunque ferre nolens , vel obscurare ,
vel imminuere nitetur , ante omnia
iniquum se rerum & momentorum

HVB. RVDOLPHI ABB.

æstimatorem esse , & à primorum totius orbis Principum iudicio dissentire, fateatur necesse est. Quamobrem ad præcedentium factorum recordationem te excitans ea honoris laurea, quam tibi tua virtus peperit , & seruabit , mecum , quamuis absens , te oblecta, FARNESI INVICTISSIME , & Rempublicam hanc iam infinitos obsides tuæ virtutis , fidei , diligentie , consilij , auctoritatis habentem , in libertatem aliquando afferere perge . quæ Respublica tametsi orbitatem causari non possit , propterea quòd in omnibus , & potissimum belli negotijs , quorum motu impellitur , summa virtute prædicto , rerumque gerendarum scientia maximè insigni Mansfeldio nitatur , & pro rerum causarumque tractatione Pamelium nomenclatura , prudentia , morum innocentia Præsidem , & Assonuillium

vt

vt canitie , ita præteriorum diuturnorumque splendore officiorum spectabilem , cum reliquis summi Ordinis viris habeat , & inter ceteras Provincias Artesia nostra in sapientia VVarembonij cùm nobilitate ac rebus gestis , tum consiliorum altitudine præcellentis , & vigilijs cōquiescat , te tamen iam fines suos egressum , & ad sancti belli in Franciam expeditionem summa cum auctoritate & alacritate profectum , anxijs (quoad licet) votis prosequens , Lutetię tibi salutem , quam tu depresso , & ab hoste mox absorbendam , mirifice creisti , ac complurium restitutionem ciuitatum , gratulatur . Sed & te reducem vidēdi miro desiderio flagrans , absenti tibi supplices manus tendit , solitumque subsidium tuum ad noua & quotidiana incommoda aduocans , quibus ex vnius yadi trāsitu Flandria ,
& per

HVB. RVDOLPHI ABB.

& per frequentes eorum irruptiones
Brabantia conficitur, vulnera sua tibi,
qui omnem præteritæ vitæ dignita-
tem in eius optimo statu ponere con-
suēsti, iure quodam suo detegit , &
nunquam in sui cura offensum abs te
& titubatum esse profitens , ne sibi,
quod trepida presagis, in his ciui-
lium iactationum reliquijs
consenescendum mi-
serè sit, orat vt sibi
abs te præsto
succurra:
tur.

Panegyricus hic doctus
est & luce dignus.

*Guilielmus Estius Sacrae
Theologie Professor
Duaci.*